

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cosmographia

Ptolemaeus, Claudius

Ulm, 1482

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-125884](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-125884)

LVRIME SVNT
regiones que quidem
singule singulis rebus
excellere videntur. Nā
thbus sola arabia gignit.
Balsamū nūq̄ nisi
in Iudea legitur: ex India ebur provenit.
Item aliud ab alijs nationib; accipimus. Ve-
rum si exactissime cūcta indices: inuenies p-
fecto Italiam omnibus esse iure preferendā.
Nam si prisicos in illa reges commemoros il-
lustrata est saturno ianoq; regibus: quorum
alter non modo colendorum agrorum: ve-
rum etiam multarum aliarum rerum discipli-
nam tradidit. Ianus autem sacra cerimonial
q; summa erga in mortales deos pietate e-
docuit. Fuit semper adeo in re militari pre-
potens italia: vt nullo vnq̄ tempe sine splē-
dido imperio extiterit. Non minime enim
vmbrosorum opes fuere: vmbri successerunt
tirreni: quos vnuerse Italie imperitasse id-
maxime declarat q̄a superū mare ab adria
illorum colonia adriaticum. Inferum vero a
gente ipsa tirrenum est nuncupatum. Post
etruscoꝝ imperium latini susceperunt quod
quale quantumq; fuerit om̄es norunt. Sed
nullus quidem in ea populus fuit: quin ali-
qua re excelluerit. Quid enim calobro appu-
loq; affluentius. Quid campano nobilius.
Quid sannite extitit populosius. Sabinis se-
ueritas atq; sanctitas maxima fuit. Etruscoꝝ
nichil quod ad religionem pertinet defuit.
In liguribus maxima apparuit laborum di-
ficultatumq; om̄ia pacientia. Sed hec de ho-

minibus. Situs autem loci: quid aut ad salu-
britatē accomodatius: aut ad om̄es vtilita-
tes aptius: aut ad voluptatem amenius po-
test excogitari. Celum enim huiusmodi est.
vt neq; nimia subtilitate corpora extenuet:
neq; nimia crassitudine illa corrumpat. At-
q; inter frigus caloremq; ita temperatum ē.
vt verissime dixerit poeta. Hic ver perpe-
tuum atq; alienis mensibus estas. Habet p-
terea duo maria superum vt dixi & inferum
per que creberrimus atq; tutissimis portub;
quecunq; humano generi vsui sunt impor-
tari exportariq; licet. Habet etiam flumina
lacusq; nauigabiles atq; piscosos: & cum col-
les arboribus: campi segetibus vestiantur.
Tamen perpetuus est appenninus mons q
Italiam diuidens: tum hac distinctione pul-
chritudinem afferat: tum e siluis lignorum
materiam in omnium vsus affatim prebet.
Hanc igitur regionem cum hīs rationibus
quas dixi tum maxie quia gentibus et olim
propter romanorum monarchiam & nunc
propter apostolicam sedem semper caput
fuit. Obmissis nationū nominibus que nūc
a ptolomeo recitata sunt ad nostra tempora
ciuitates. oppida. lacus. marinas. portus. &
montes. nomina etiam fluminum & eorum
ortus loca quoq; montuosa & campestria.
vna cum insulis sibi adiacentibus vt intueri
fas est diffusius describere censui: nichil in
hīs que ab auctori libri huius dimensione
certa: ac ratioe verissima obseruata sunt trā-
grediendo: *